



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XXIV. De provida locutione, & fraterna compassione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)



magnam pacem inter fratres devotos generat.

Qui aliis se præfert, stultum se ostendit, & confusione dignum.

Qui in omnibus se humiliat, gratiam amplio-rem meretur & gloriam.

Et ubique  
humilitati  
stude.

Pius & humilis laqueos diaboli orando frangit & evadit, quos superbus vane gloriando incurrit & perit. A quibus pius Jesus nos semper custodiat, & ad cœli gaudia perducatur. Amen.

CAP. XXIV. De provida locutione, & fraterna compassione.

**M**edice cura te ipsum,

Luca 4.

Istud in mente semper habeas, antequam loquaris, & aliquem corripas, ne fortè amplius pecces indiscrete vel injuste aliquem arguendo.

Prius te ipsum cura quam alterum.

Os justis & prudentis servat tempus & modum loquendi, et personam ac naturam hominis prius attendit; ne fortè perdat aut lædat, quem sanare debuerat.

Correptio indiffereta non sanat, sed faciat.

O bene eruditum et discre-

R r 3

rum,



tum, est quasi vas solidum auro ornatum, unguento plenum, balsamo odoriferum, et omni honore dignum.

Ex bonis verbis tuis, et religiosis moribus, seculares ædificantur, pigri excitantur, negligentes arguuntur, dissoluti compunguntur, ignari instruuntur, devoti inflammantur.

**Religiosis moribus efficacius corriges, quàm multis verbis.**

**Facilius alios corrigere, quàm seipsum.**

**O utile monitum!**

**Vti Deus te pec-**

Magis enim per vivida exempla homines trahuntur ad contemptum seculi et emendationem vitæ, quam per multa verba secularis scientiæ.

2. Non est magna ars et virtus, velle alios docere et corripere; sed seipsum bene regere, et correptiones pie suscipere, et ferventer se in istis emendare, hæc magna est sapientia apud Deum et homines.

Disce dubiosa ad meliora trahere, ignota non judicare, aperta mala cavere, proprium scandalum regere, mores et defectus infirmorum supportare; et quæ non potes emendare, Deo committe.

Cogita, quòd Deus in multis te portavit, et adhuc quotidie

por-

por  
fieu  
pie  
oite  
gis  
ter  
nec  
pau  
mul  
F  
mili  
tus  
S  
cun  
ptu  
M  
stin  
crep  
mic  
C  
ricu  
mat  
tac  
Eru  
fac  
infi  
jn  
de



portat, nec tamen te emendas, sicut sæpè dicis et proponis: sed pie te tolerat et expectat, ut poeniteas, et infirmitatem tuam magis cognoscas, et veniam humiliter petas, et neminem spernas, nec temere judices.

cantem  
sustinet:

Porta ergo fratrem tuum in paucis, sicut te Deus portat in multis.

Ita & tu  
proximum.

Paucis verbis devotus et humilis utitur, ne per excessum intus distrahatur.

Superbus rigide loquitur, iracundus alios perturbat, et correptus turbatur.

Mitis correptor patienter sustinet, obsecrat magis quàm increpat, peccanti condolet, et amicum factis se probat.

Obsecra  
potius  
quàm increpa.

Qui præesse aliis appetit, periculis se exponit et vilescit. Amator vanæ gloriæ nescit diu tacere, ne videatur ignarus esse. Erubescit vilia et servilia opera facere, et post alios stare, et in infimo loco sedere.

Humilia  
sectari  
magis  
honorificum.

Et tamen honor maximus est, in omnibus humilitatem ostendere, et aliis inferiorem se sentire.



re, & omnibus libenter velle  
 propter Christum servire, qui  
*Lucæ 22.* ait: *Ego in medio vestrum sum,*  
*sicut qui ministrat.*

Disce juvenis prius tacere an-  
 tequam loquaris, ne coram seni-  
 bus confundaris. Tutius est ta-  
 cere, quàm insipienter loqui.

**Magnæ  
 artis ta-  
 cere &  
 loqui op-  
 Fortune.**

3. Magna ars scire tacere, cum  
 fueris correptus; & magna sa-  
 pientia loqui modeste in tempo-  
 re suo, quod justum est & decet;  
 coram eruditis.

Insipiens nescit servare tem-  
 pus, & modum, & ordinem; ideo  
 multa mala illi occurrunt, & ju-  
 ste reprobatur.

Juvenis audax & ad loquen-  
 dum velox, insipienti similis, &  
 casui proximus.

Si instructus audit, & corre-  
 ptus tacet & obedit, spes magni  
 profectus erit; & in virtutibus  
 quasi lilium florebit.

**Corre-  
 ptio pa-  
 tienter  
 suscepta,  
 magni  
 profectus  
 præsa-  
 gium est.**

Grandis superbia, stare in pro-  
 pria voluntate Deo contraria, &  
 nolle acquiescere seniorum con-  
 siliis & verbis.

Sed quia difficile est homini,  
 in omnibus verbis & factis mo-  
 dum



dum tenere, & se custodire: ideo  
religiosi eligunt & quærunt in  
secreto manere & tacere, turbas  
fugere, & orationi vacare.

CAP. XXV. *De incerta hora  
mortis, & celeri fine hujus  
vita.*

**V**igilate, quia nescitis diem  
neque horam. Felix anima,  
quæ sæpè cogitat de novissima  
hora, quando omnia sunt cessa-  
tura in hac vita, læta & tristia,  
honores & vituperia.

Matt. 25.

Felix qui  
sæpè re-  
cogitat  
horam  
mortis.

Felix anima paupercula, pro-  
pter Deum peregrina facta; quæ  
spernit omnia mundana culmi-  
na, quantumcumque sint magna  
& decora.

In illa ultima hora peribunt  
ab oculis omnia castella, villæ &  
oppida, omnia vasa argentea &  
aurea, omnia fercula lauta, &  
pocula varia cum aromatibus  
dulcorata.

Quæ va-  
na osten-  
det om-  
nia;  
Quan-  
tum vis  
nunc ma-  
gna, pre-  
tiosa, ju-  
cunda.

Cessabunt pariter lyra, tuba,  
tibia, & cithara, omnis ludus, jo-  
cus, risus, saltus, plausus, cantus,  
& discantus, clamor in plateis &

an